

# *Ludum „HERZBLATT“*

*Man sieht das HERZBLATT-Studio mit dem bekannten Inventar: links einen Hocker für den Kandidaten Felix, der sein Herzblatt sucht, rechts drei Hocker für die Bewerberinnen und in der Mitte eine Trennwand, die dem Kandidaten den Blick auf die Bewerberinnen bis zum Schluss versperren soll.*

Studio-Sprecher (*Stimme*): Und hier kommt Ihre bezaubernde Moderatorin: Valentina!!!

*Valentina betritt unter Beifall des Publikums das Studio.*

Valentina: Danke, danke!

Und auch ich möchte Sie ganz herzlich zu unserer 753. Folge von HERZBLATT heute begrüßen.

Sie kennen das Sprichwort: „7-5-3, Rom schlüpft aus dem Ei!“

Und unter diesem Motto steht die heutige Sendung.

Wir werden Ihnen eine einzigartige Show präsentieren. Denn:

Unsere drei Kandidatinnen kommen aus der Antike!

Deshalb müssen wir auch ab jetzt Latein sprechen. Sie müssen uns verstehen.

Und hier sind sie, unsere drei Kandidatinnen:

Cleopatra ... et Proserpina ... et Helena!

Salvete!

*Die Kandidatinnen betreten unter Applaus von rechts nacheinander das Studio und nehmen ihre Plätze ein.*

Valentina: Nunc salutemus nostrum candidatum: Felix!

*Felix betritt von links die Bühne und nimmt seinen Platz auf der anderen Seite der Trennwand ein.*

Felix: Salvete!

Valentina: His dominis et Felici Colonia orto plaudamus!

Hic adulescens femina egens mulierem dulcissimam quaerit.

Cui una ex illis eligenda est.

Felix:           Salvete! Gratias habeo, quod huc venisse mihi licet! (*Applaus*) Scio ...

Valentina:      Salve, Felix! Ut vales?

Felix:           Bene valeo.

Valentina:      Te cognoscamus!  
Oro, ut de te ipso narres.

Felix:           Certe. Sed primum: Salvete, vos tres vel quattuor pulcherrimae!  
Mihi nomen Felix est. Adulescens viginti annos natus in hunc locum Colonia  
profectus sum. Natando et corpore in palaestra exercendo delector.

Valentina:      Describe, quaeso, feminam tuorum somniorum!

Felix:           Quam pulchram, iucundam, ardentem in cupiditatibus esse,  
praeterea oculos lucentes vultumque blandum habere oportet.

Valentina:      Intellego.  
Dominae, nunc ad vos verto:  
Tu, Proserpina, narra, quaeso, de te ipsa!

Proserpina:     Pulcherrima, ardentissima sum et ... regina Tartari!  
Mihi sunt splendidissimi oculi!

Valentina:      Cleopatra, describe, quaeso, virtutes tuas!

Cleopatra:      Pulcherrima, ardentissima sum et ... pristina regina Aegypti!  
Fulgentissimos oculos habeo!  
Quaero virum, quocum per multos annos vivere possum –  
aliter ac cum Caesare vel Antonio, quibuscum vivere molestius erat.

Valentina:      Postremo ad Helenam me verto:

Quid tu nobis de te narrare velis?

Helena: Me feminam pulcherrimam orbis terrarum esse traditum est. Ergo ...

Felix: Certe pulcherrima, ardentissima es et pulcherrimos oculos habes!  
Nonne ita est?!

Helena: Ita est et ...

Valentina: Multa de vobis comperimus. Vobis maximas gratias ago.  
Nunc modo notissimo vos interrogabo.  
Primum: Quae res pessima tibi accidit, Cleopatra?

Cleopatra: Me in lacte melleque lavari solitam esse omnes sciunt.  
Sed aliquando necesse fuit me lacte carentem in aqua vulgari lavari.

Valentina: Quae res pessima tibi, Proserpina, accidit?

Proserpina: Mihi audite!

*Überblendung zur Filmszene „Proserpina“*

Per pratum ambulans subito pulcherrimum florem vidi.

Quo carpto aliquis me comprehendit et os tenuit – ecce Pluto fuit. Me secum traxit meque deiecit ad inferos. Quorum magna porta patefacta promotam sum.

Ibi Pluto me oravit, ut sibi nubere pollicens se me deam inferorum redditurum esse.

Horrui timens, ne in aeternum apud inferos mihi manendum esset.

Profecto nonnullos dies apud inferos vixi desiderio matris commota, cum Pluto ad Iovem vocatus est.

Ille reversus nuntiavit meam matrem toto orbe terrarum me frustra quaesivisse, ut desperata officia deae fertilitatis neglegeret. Hominibus cibis carentibus Iovem intervenisse.

Pluto paruit et mihi malum dulcissimum donavit : « Vale » inquit.

Animadverti istud mihi detrimento esse: quo eso in aeternum apud inferos retenta sum. Postquam Pluto me sibi adiunxit, non ad amatam matrem redii. At inter Iovem et Plutonem convenit: octo menses me ad superos cum matre versari licet mensesque hiemis apud Plutonem vivere debeo.

*Überblendung zurück zur Show*

Octo menses coniuge apud inferos versante careo.  
Qua de causa hodie adsum!

Valentina: Horreo! Quam terribile!  
Quae res pessima tibi accidit, Helena?

Helena: Duodecim annos nata rapta sum! Quantis casibus et calamitatibus affecta sum!

Valentina: Ah ... Progrediamur ad secundam interrogationem:  
Qua laude maxima affecta es, Cleopatra?

Cleopatra: Alius me nasum pulcherrimum habere,  
alius meam cutem cultissimam esse dixit!

Valentina: Qua laude tu, Proserpina?

Proserpina: Mihi maximae laudi et honori est Plutonem, regem Tartari fratremque Iovis,  
neminem nisi me in matrimonium ducere voluisse.

Valentina: Certe ... Qua maxima laude tu, Helena, affecta es?

Helena: Vobis narrabo, cur Troiam abducta sim.

*Überblendung zur Filmszene „Helena“*

Aliquando accidit, ut Discordia ad nuptias Thetidis et Peleï non invitata in medios convivas malum aureum iaceret. In quo inscriptum erat: “Pulcherrimae”.

Tum Iuno, Minerva, Venus deae inter se certare coeperunt: Quaeque malum postulavit.

Certaminis finiendi causa Iuppiter, pater meus, Paridem, filium regis Troianorum, decernere iussit.

Quem corruptura Iuno regnum orbis terrarum, Minerva gloriam, Venus feminam pulcherrimam omnium promisit.

Paris adulescens Venerem elegit, ut me, pulcherrimam feminam, nancisceretur. Patria relicta in Graeciam navigavit, ut me cognosceret.

Amore captus Troiam me abduxit.

*Überblendung zurück zur Show*

Propterea bellum Troianum gestum est.

Valentina: Felix, te oro, ut tu tres quaestiones ponas!

Felix: Proserpina, quid numquam cum viro partieris?

Proserpina: Quocum repagula socolatae non partiar. Socolatam enim ardentissime amo! Quae me felicem reddit ...

Felix: Cleopatra, quomodo virum illicies?

Cleopatra: Viros illiciendi peritissima sum. Mea ratio illiciendi miseria orta probata est. Aliquando regina Aegypti fui. Mihi imperium regenti frater, qui idem coniunx erat, invidit et regno me expulit. Resistens Caesarem, postquam in Aegyptum profectus est, me adiuturum esse speravi.

*Überblendung zur Filmszene „Cleopatra“*

Sed quomodo fratris custodibus ignaris ad Caesarem perveniam et ei persuadeam me imperium Aegyptorum melius fratre recturam esse?

Denique in tapetem implicita ad Caesarem clam portata sum – quod molestum erat – confisa mea pulchritudine et suavitate Caesarem commotum iri.

Me e tapete explicatam Caesar ore stupuit renidenti et commotus est.  
Me ea mente adiuvit, ut regnum mihi redderet.

*Überblendung zurück zur Show*

Diu amore iuncti filium peperimus.

Felix: Helena, quibus verbis a viro factis vehementissime inflammata es?

Helena: Haec fuerunt: «Patrem tuum furem fuisse verisimile est.  
Quem adamantes raptos in oculis tuis abdidisse apparet.»

Valentina: Bene!  
Nunc Susi omnia audita colliget.

Susi (*Stimme*): Ita est.  
Nunc tibi, Felix carissime, decernendum est!

Utrum eliges Cleopatram,  
quae te in tapetem voluptatis implicet, ut credas te regem Aegypti esse,  
an Proserpinam,  
quae tuum pectus obscurum illuminet et te sequatur, quo velis,  
et te semper vitaminis curet,  
an Helenam,  
quae te ducat in regnum fabularum plenum  
et apud quam pulcherrimus dominus orbis terrarum eris?

Igitur, Felix care:  
Quae femina tibi carissima est, quae tuum corculum erit?

Felix: Heu ... O ... Confiteor ... Nescio, quam feminam eligam ...

*In diesem Moment erscheint Amor, schießt einen Pfeil ab und ... trifft Felix!  
Kurz darauf fährt die Trennwand auf Grund eines technischen Defekts zu früh zurück.*

Susi (*ein wenig verunsichert*): Ecce – hic est tuum corculum!!!

*Die erste Frau, die Felix, verwundet von Amors Pfeil, erblickt, ist die Moderatorin Valentina.*

Felix:           Qualis femina! Quanta pulchritudo!  
                  Te, carissima Valentina, vehementissime amo!

*Felix umarmt die Moderatorin Valentina und führt sie in seinem Arm aus dem Studio.  
Die drei Kandidatinnen sind empört:*

Proserpina:   Hoc vespere convivia feminarum faciamus!

Helena / Cleopatra (*einstimmig*):   Facimus!!!

**Finis operis**